



**Antoninus Diana Panormitanus, Clericus Regularis, Doctor
Celeberrimus, Coram S. D. N. Alexandro VII. Episcoporum
Examinator, & Sancti Officij Regni Siciliae Consultor,
Coordinatus, Seu Omnes ...**

Diana, Antonino

Lugduni, M. DC. LXXX.

66. An Clericus falsum testimonium dicens coram iudice laico ab eo puniri
possit? Et an vero ad effectum repellendi clericum à testimonio possit
iudex laicus per viam exemptionis cognoscere de ...

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76442](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-76442)

iterum, Clericos in quocunque Ordine constitutos; & ratio est clara, nam privilegium fori, in criminalibus etiam, vt est à iure diuino; ita gaudent Clerici in Sacris constituti, ac Clerici in minoribus vt probat Suarez contra Regem Angliæ lib. 4. cap. 10. per totum. ergo sicut iudex laicus ex consuetudine non potest in criminalibus cognoscere Clericos in Sactis, ita etiam non potest cognoscere Clericos in minoribus.

Vnde idem Suarez loco cit. cap. 26. num. 16. licet asserat in Hispania Clericos minores non gaudere exemptione gabellarum ex consuetudine; tamen addit, vt hoc licitum sit, oportet vt conferat talem consuetudinem esse à Pontifice approbatam, alioquin illam reprobat: vnde si sola consuetudo, sine approbatione Summi Pontificis, non valet contra Clericos; quoad exemptionem gabellarum, quanto magis non valet contra Pereiram quoad privilegium fori in criminalibus, vnde in cap. Clerici, de iudiciis dicitur; cum Canones generaliter tradant, vt de omni crimine Clericus debeat coram Ecclesiastico iudice conueniri, non debet in hac parte Canonibus ex aliqua consuetudine præiudicium generari & in cap. cum terra, de electione, damnatur quaedam consuetudo, quia in grauamen & perniciem Ecclesiasticæ libertatis reuocabatur; & idem docet cap. ad nostram, & cap. cum inter, de consuet. vt notat glossa vltima in dicto cap. Clerici, de iudiciis. Vide etiam Authen. Cassa. C. de sacrosanct. Eccles. & ideo Honorius I I I, in cap. nonerit; de sentent. excommunic. excommunicat omnes, qui consuetudines introductas contra Ecclesiasticam libertatem seruari fecerint; & ita tenent DD. quos citauit in part. 1. tract. 2. resol. 4. quibus nunc addo Vigianum de immunit. Eccles. disp. 2. conclus. 4. & Antonium Bonium in respons. pro cens. Pauli V. part. 5. ad argum. 11. fol. 79. vbi sic ait. (In questa materia d'immunita Ecclesiastica i sacri Canoni hanno reprobata ogni contraria consuetudine, come il Lateranense alla sess. 10. & tutti i sommi Ponteficinella Bolla Cœna Domini, e percio non valere alcuna consuetudine contra la libera Ecclesiastica d'icomo i Dottori con la Glosa sopra il cap. Clerici, de iudiciis. E Tiberio Deciano lib. 4. cap. 9. num. 10. & seq. proua questa verita, e vi pone molte estension; e tra l'altre che non vaglia tal consuetudine, anchor che il Papa l'hauesse saputo, & non hauesse detto cosa alcuna.] Ita ille, quæ quidem vltima verba sunt multum notanda: & hanc opinionem in terminis contra Pereiram circa Clericos minores firmat Io. Franciscus Fagnanus in respons. pro cens. Pauli V. fol. 117. & 118. ex Concil. Tridentino cap. 6. sess. 23. juncto cap. 20. sess. 25. & ex aliis rationibus, & in terminis etiam contra Pereiram docet hanc sententiam Duardus in Bull. Cœn. lib. 2. can. 15. q. 1. n. 61. Ceuallós tract. de cognit. per viam violentia. p. 2. quest. 97. n. 4. Martha de iuris. par. 2. cap. 16. num. 4. Bobadilla in polit. tom. 1. lib. 2. c. 18. n. 59. Magala in 3. par. lib. 3. c. 11. n. 11. & iterum Ceuallós vbi supra; q. 43. n. 6. vbi sic asserit: [Hoc vidimus in facti contingentia in quodam Clerico alienigena, qui in Mátia Carpetana non solum committebat agens; & patiens; illud nefandum sodomia crimens; sed etiam contrahere matrimonium inter masculos, mutato ordine naturæ. Et licet illud delictum fuerit grauissimum; & nunquam auditum; Clericus tamen ille, post degradationem, fuit traditus Curiæ seculari.] Ita ille.

thor in suis Commentariis super Bullam Cœn. latas opinionones docet aduersus Ecclesiasticam immunitatem. Et ideo contrariam sententiam docet Bonacina de legibus disp. 10. q. 2. punct. 1. §. 4. n. 8. Ambrosinus de immunit. Eccles. c. 17. n. 10. Duardus in Bulla Cœn. lib. 2. can. 15. q. 1. n. 63. Martha de iuris. p. 4. cent. 2. cas. 129. n. 17. Mastrillustom. 3. decis. 288. n. 28. Belletus in disquis. cler. p. 1. tit. 3. §. 7. n. 6. Marius Antonius lib. 3. resol. 2. n. 9. Salzedus in pract. crim. Diaz. c. 98. lit. B. Ceuallós tr. de cognit. per viam violentia. p. 2. q. 102. n. 6. & q. 87. n. 4. Megala in 3. p. lib. 3. c. 10. q. 4. n. 35. & alij: quicquid in contrarium asserant aliqui Iurisperiti, vt noster D. Carolus de Grassis de effect. Cler. eff. 1. n. 668. & Petrus de Cenedo in collect. 37. n. 11. & alij penes ipsos, quorum sententiam, sed immerito, probabilem vocat Gambac. de immunit. Eccl. lib. 7. c. 14. n. 13. & illum sequitur Molina tom. 4. tract. 3. disp. 25. n. 6. & disp. 49. n. 20.

2. Dico igitur contra Grassium, & supradictos Iuristas; Clericum alassinij reum non subici potestati seculari nisi post sententiam criminis declarationem; quam ferre debet Iudex Ecclesiasticus; & Iudicem secularem aliter facientem, certum est in excommunicationem Bullæ Cœnæ incurrite. Et idem dicendum est * de Clerico incorrigibili; nam non amittit privilegium fori absque alia declaratione; & depositione; sed requiritur sententia Iudicis Ecclesiastici, qui illum brachio seculari tradat. Et hoc habetur in c. cum non ab homine, de iudiciis. Et ita docet Suarez de censuris; disp. 22. sect. 1. n. 9. Coninch. de Sacram. disp. 14. dub. 15. n. 19. Sayrus de cens. lib. 3. c. 19. n. 5. & alij apud Ambrosium de immunit. c. 17. n. 28. & habetur expressè in quadam Bulla Clemen. VIII. dat. Rom. 18. Decembr. 1591.

3. Hoc etiam militat; & idem dicendum est, in Clerico sodomita notorio; quia illum non potest punire Iudex laicus, nisi præcedat declaratio Iudicis Ecclesiastici, quicquid in contrarium asserat Garfias de nobil. gloss. 9. n. 19. vbi cautè legendus est: nam in illa Glossa multas opinionones asserit contra immunitatem Ecclesiasticam. Sed nostram sententiam tenet, & docet Duardus in Bull. Cœn. lib. 2. can. 15. q. 1. n. 61. Ceuallós tract. de cognit. per viam violentia. p. 2. quest. 97. n. 4. Martha de iuris. par. 2. cap. 16. num. 4. Bobadilla in polit. tom. 1. lib. 2. c. 18. n. 59. Magala in 3. par. lib. 3. c. 11. n. 11. & iterum Ceuallós vbi supra; q. 43. n. 6. vbi sic asserit: [Hoc vidimus in facti contingentia in quodam Clerico alienigena, qui in Mátia Carpetana non solum committebat agens; & patiens; illud nefandum sodomia crimens; sed etiam contrahere matrimonium inter masculos, mutato ordine naturæ. Et licet illud delictum fuerit grauissimum; & nunquam auditum; Clericus tamen ille, post degradationem, fuit traditus Curiæ seculari.] Ita ille.

RESOL. LXVI.

An Clericus falsum testimonium dicens coram iudice laico ab eo puniri possit? Et an vero ad effectum repellendi Clericum à testimonio, possit iudex laicus per viam exemptionis cognoscere de crimine Clerici? Ex part. 1. tract. 2. Ref. 110. aliàs 109.

RESOL. LXV.

An iudex laicus possit punire Clericum alassinum notorium? Idem est dicendum de Clerico incorrigibili aut sodomita notorio. Ex part. 1. tract. 2. Ref. 52. alias 51.

Affirmatiue respondet Iacob. de Grassi, in suis decis. p. 1. lib. 4. c. 18. n. 15. sed iste Auct. Tom. I. X.

Affirmatiuam sententiam docet, circa eius bona, non autem circa personam, Guillelmus Benedictus in c. Raymuus, vers. & uxorem, decis. 2. n. 142. Challaneus in consuet. Burgundia, rub. 1. §. 5. n. 81. Francil. Marc. p. 1. decis. 215. n. 1. Lancelot. num. M de

* Sup. hoc infra in Ref. 328. §. 4. Secū. dus. ad med. dium, ver. Sed magis. Sed lege eā à principio; & alias eius primæ autor.

Sup. conten. to in hoc §. vlt. infra ex doctrina Ref. 328. §. 1. & 2.

Sup. hoc in Ref. seq. §. 1. & infra in Ref. 111. in fine, & in alio §. eorum notatio. num.

Sup. hoc infra in Ref. 328. §. 4.

Sup. hoc infra in Ref. 328. §. 1. & 2.

Sup. hoc infra in Ref. 328. §. 1. & 2.

Sup. hoc infra in Ref. 328. §. 1. & 2.

de attentat. p. 2. cap. 15. n. 97. & ex veteribus Angelus in l. quoties, in fine, C. de iudiciis, & Federicus de Senis conf. 88. & alij quos retulit Iulius Clar. in pract. crim. quast. 38. num. 14. & Anguiano ubi infra, lib. 3. contr. 22. num. 7.

Sup. his bonis in duab. Ref. præterita adnot. & in sup. in Refo. 56. §. vlt. & in Ref. 57. §. vlt. ad med. & in Ref. 61. prope fin. & in Ref. 68. §. vlt. & in Ref. 70. & 97. §. 1. prope fin. & in Ref. 111. §. 2. paulo post initium, & in Ref. 111. §. vlt. & in Ref. 126. §. Ad de. & seq. & inferius in tr. 3. Ref. 1. §. 2. post med. v. ideoque

2. Sed absolute dicendum est, neque in persona, neque in bonis, in tali casu posse Iudicem seculari rem Clericum punire: & ita docet Ceuallos in tract. de cognit. per viam violent. p. 2. q. 67. Afflictus decif. 230. Guttierrez pract. qq. lib. 1. q. 24. vers. sic quero. Fachineus lib. 9. controuers. cap. 27. Salzedo in pract. criminali. Bernard. Diaz, cap. 63. & ex nostris P. Duardus in suis comment. in Bull. Can. lib. 2. can. 15. quast. 11. n. 34. Nullus enim Clericus puniri potest à Iudice laico ex cap. si diligenti. de foro competenti. c. 1. de Clericis coning. & ex authent. statuumus. C. de Episcop. & Cler.

3. An verò ad effectum repellendi Clericum à testimonio, possit Iudex laicus per viam exceptionis cognoscere de crimine Clerici, negat Hostiensis in cap. verum. de foro compet. & Ioann. Andr. in cap. at si Clerici. in princ. n. 21. sed affirmat. Guttier. pract. q. 24. n. 2. Iulius Clar. §. vlt. q. 38. n. 14. & alij, quos citat, & sequitur Christophor. Anguiano in tract. de legib. tom. 1. lib. 3. contr. 28. num. 11.

RESOL LXVII.

An laicus deponens falsum coram iudice Ecclesiastico possit ab eo puniri?
Et quid è contra, si Clericus deponat falsum apud iudicem secularem? Ex part. 3. tract. 1. Ref. 60.

Sup. hoc in Ref. præterita, & infra in Ref. 111. in fin. & in Ref. fol. 126. §. Vnde.

§. 1. Videtur prima facie quo ad primum negatiue respondendum; quia si clericus deponat falsum coram iudice Laico, non potest ab eo puniri, neque etiam in bonis, vt de communi testantur, Ceuallos tract. de cognit. per viam violentia p. 2. q. 74. n. 7. Guttierrez pract. qq. lib. 3. quast. 24. Cabedo decif. 87. Fachineus lib. 9. contr. c. 27. Layman. in Theol. mor. lib. 4. tract. 9. cap. 4. num. 9. & alij. Si igitur Iudex secularis non potest procedere contra clericum peritum, qui coram eo deposuit falsum, neque poterit Ecclesiasticus contra laicum, adde quòd testis falsus efficitur de iurisdictione illius iudicis, coram quo deposuit.

2. His tamen non obstantibus affirmatiua sententia vera est, quam tuetur Couar. pract. qq. c. 12. n. 8. Afflictus decif. 219. Capella Tholosana dec. 379. Franchus decif. 149. & alij: ratio discriminis est, quia Iudex Ecclesiasticus habet iurisdictionem in laicum ratione peritij, & sic potest contra eum procedere; at verò Iudex secularis non habet iurisdictionem contra clericum, qui coram eo testimonium falsum dixit, & per consequens non poterit eum punire, neque etiam in bonis, vt alibi contra aliquos Doctores Gallos diximus.

Alibi in tribus Ref. not. præterita & infra in Ref. seq. §. vlt. & c.

3. Sed vt clericus de falsa depositione facta coram laico possit puniri per suum iudicem competentem, extat pulchra quæstio apud Aloysium Riccium part. 4. decif. 81. per totam, lege illum, & non pigebit.

RESOL LXVIII.

An Princeps secularis possit punire Clericum delinquentem, ratione Officij sibi ab ipso met Principe concessi?

Et explanatur quod non solum persona Clericorum, sed

eorum bona sunt exempta à iurisdictione laicali. Ex part. 1. tract. 2. Ref. 19. aliàs 18.

§. 1. Affirmatiuam sententiam docet Borell. de pract. Reg. cath. c. 71. n. 34. Anguiano de leg. lib. 2. contr. 21. n. 58. & 59. Suarez contra Regem Anglia, lib. 4. c. 34. n. 26. Layman. in Theol. mor. lib. 4. tr. 9. cap. 4. num. 3. Cenedo in collect. inr. can. p. 1. collect. 37. n. 16. qui citat Doctores. Idem docet Bobadilla in Polit. tom. 1. lib. 2. c. 18. n. 99. & Ceuallos tr. de cognit. per viam violentia, p. 2. q. 65. n. 14. vbi sic asserit: [Quando algun Ecclesiastico delinque en el officio, que tomò come si es Medico, Boticario, ò Abogado, ò tutor, ò curador de algun memor, ò tiene officio de su Magestad Præsidente de hazienda, ò Consejero, y delinque en el, ò vende el Clerigo con medidas falsas su mercaderia, y en otros casos semejantes, porque entones, racione officij potest puniri in bonis, & Iudex secularis est comptens. Ita Ceuallos, qui citat multos alios.

2. Sed contrarium asserendum est: & ita docent communiter Theologi, vt Megala in 3. p. lib. 3. c. 11. num. 26. & 36. Bonac. de leg. disp. 10. q. 2. p. m. 1. §. 2. n. 24. Ambrosin. de immuni. Eccl. c. 20. n. 54. Duardus in Bull. Can. lib. 2. can. 15. q. 21. n. 273. vbi sic ait: [Clericus trahi non potest ad forum seculare etiam ratione officij sibi concessi à Principe seculari, si in eo delinquat, nec etiam ratione cuiuscunque artificij, si quam artem exercent, quæ Consules habeat, ac Primates, apud quos illius artificij iurisdictione resideat.] Ita ille. Et hanc sententiam docet etiam Etasius Cochier de iurisd. tom. 2. p. 3. q. vlt. n. 1. & 2. Zanardus in direct. confess. tom. 3. c. 50. fol. 285. in fin. D. Carolus de Graffis de effect. Cler. eff. 1. n. 82. asserens in hoc regno ita fuisse obseruatum in causa cuiusdam Equitis Hierosolymitani, qui officium Capitaneatus exercuit in Ciuitate Calatragonis, & alia vice in Patrimonio.

3. Nec valet dicere, quòd non punitur in persona, sed in bonis: quia respondeo, quòd non solum personæ Clericorum, sed eorum bona sunt exempta à iurisdictione laicali, & idè idem Duardus n. 3. inuehitur in quosdam Iudices, qui puniunt Clericos pœna pecuniaria, & pro pœna corporali eos ad Episcopos remittunt: quia dicta bona Clericorum sequuntur priuilegium personæ, vt idem notauit n. 52. Genuenis in praxi. c. 8. n. 5. Soufa in Bulla Cæne, c. 20. disp. 95. n. 4. & idè Abbas in c. qualiter. de iudiciis n. 8. ita asseruit: [Certum est, quòd si persona exempta est: ergo etiam res.] Vnde nostram sententiam docet Iuriconsultus Martha de iurisd. p. 4. cont. 2. cas. 117. n. 5. Vide etiam Riccium in praxi tom. 2. resol. 413. num. 2. & Barbosa in collect. tom. 1. lib. 3. lib. 3. tit. 50. cap. 2. n. 4. Francisc. Marc. part. 3. decif. 479. num. 4. & 5. Caballum resol. crim. cas. 64. & alios.

Sup. hoc infra in Ref. 171. §. 2. in fin. & in to. 6. tr. 9. Ref. 76. §. Sic etiã & §. Nec obstat. Et Sup. sequentibus à Venc. Quando algun. huius §. in Ref. seq. & in alio §. eius not. 1.

Sup. hoc in duabus primis. Ref. annot. primæ huius Ref. & in eisdem 66. Et sup. bonis contentis in fin. huius §. vlt. supra in Ref. 66. & in multis aliis clas. vlt. notat.

RESOL LXIX.

An Iudex laicus possit punire Clericum delinquentem in officio seculari? Ex part. 4. tract. 1. Ref. 39.

§. 1. Affirmatiuè respondet Pereira de manu Regi a part. 2. cap. 48. num. 4. vbi asserit, quòd Clericus delinquens in officio à Principe punitur, idem docet Escobar tract. de ratiocin. cap. 7. num. 7. & alij, quos ego adduxi in p. 1. tr. 2. ref. 16.

2. Sed ego ibi cum multis Doctores contrariam sententiam docui, quam nouissimè, me citato, tenet Paulus Squillante de priuileg. Cler. c. 7. dub. 3. n. 87 & iterum Bonacina in Bull. Can. disp. 1. quast. 16. p. m. 5.

Que hic est Ref. antecessor. & infra in Ref. 111. §. 2. ad medium.